

functa lilijs. **M**undo nos a vicio: ⁊ tuo  
iunge filio. **A**men. **Versus deuotus.**

**O** dulcis amica dei rosa: vernans atq;  
decora: memor esto mei dum mors ve  
nit hora. **¶ Sequunt orationes de**

**septē gaudijs spiritualib⁹.** que beata  
virgo maria nūc habet in celis: prout  
per eam reuelatū fuit cuidam deuoto:  
qui cū alia gaudia corpalia ipius que  
in hoc mūdo habuit deuote quotidie  
recoleret sibi dixit: vt illa spiritualia s̄  
inceps recitaret: in quibus sibi multo

**G**audere virg. ampli⁹ cōplacere.  
**G**audere mater christi: que tu sola me  
ruisti. **O** virgo dulcissima esse tante di  
gnitatis: vt sis sancte trinitati sessione  
proxima. Gaude flore v̄ginali: que ho  
nore speciali transcendis splendiferum  
angelorum principatū: ⁊ sanctoruz de  
coratum dignitate numerum. Gaude  
nexu voluptatis ⁊ amplexu charitatis  
tūcta sic altissimo: vt ad votū psequa  
ris quod vis totum ac precaris ab illo  
dulcissimo. Gaude splēdens vas virtū

tum cui pendens est ad nutū tota celi  
curia: te beatam et felicem iesu dignam  
genitricem venerans in gloria. Gaude  
sponsa chara dei: nam ut clara lux diei  
solis datur lumine: sic tu factis orbem  
vere tue pacis resplendere lucis pleni-  
tudine. Gaude mater miserorū: quia pa-  
ter seculorum dabit te colentibus cō-  
gruentem hic mercedem: et felicem po-  
li sedē regnis in celestibus. Gaude pa-  
rens virgo pura: certa manens et secura  
quod hec tua gaudia nō cessabunt: nec de-  
crescent sed durabunt et florescent per  
eterna secula. Amen. *Aue maria dicat  
semp in fine cuiuslibet v.* Speciosa fa-  
cta es et suavis In delicijs tuis sc̄ta dei  
**S** Applicationē *Diano.* genitrix  
seruorum tuorū deus miserator  
exaudi: ut quod sancte dei genitricis et vir-  
ginis Marie felicia gaudia: quibus as-  
sumpta in celis gaudet: commemora-  
mus: eius intercessionibus ab instāti-  
bus piculis eruamur: et ad eterna gau-  
dia peruenire mereamur. Per eundem